Fontanetum Morbio 17 (10)

1230. 10.

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo die iovis octavo die ante kalendas novembris, indictione quarta. Venditionem et datam atque cessionem fecit Anfosinus
filius quondam Gyroni de Albito de loco Fontaneto parabola et consensu ipsius patris eius ibi presentis et consentiente domino Guatino dei gratia monasterii sancti Gratiani de Arona abbate et domino in bla
vito vicemutte monacho eiusdem monasterii. In dominum Guatinum prepositum de Mezana pro ipso abbate recepto ut professus fuit argenti denariorum bonorum mediolanensium tertiolorum librarum quatuordecim. Renun
tiata omni exceptione non decepti precii finito pretio sic inter eos convenit. Nominative de tota illa decima et iure decimationis quod et quam ipsi pater et filius et alius eorum soliti erant habere et tenere in
feudum a dicto monasterio de Arona in loco et fondo Fontaneti et eius territorio et finita. Insuper ipse Anfosinus venditor parabola et consensu dicti patris sui cessit et dedit atque mandavit eidem
domino Guatino preposito emptori omnia iura omnesque actiones utiles et directas reales et personales et ypotecharias que et quas ipse Anfosinus et pater eius vel alius eorum habebant seu habebat
in predicta decima et iure decimationis seu pro predicta ut eis occasione adversus qualibet personam et rem. Ita quod de cetero ipse dominus Guatinus prepositus donec vixerit et post mortem eius dictum mona
sterium sancti Gratiani de Arona eiusque successoribus et cui dederint habere et tenere atque possidere ubique possidere dictam decimam et ius decimationis et facere de ea et de eo quicquid voluerit absque alicuius contradic[tione]
Preterea ipse Anfosinus parabola et consensu ipsius patris sui promisit et guadiam dedit et omnia sua bona pignori obligavit eidem domino Guatino preposito recipienti suo nomine et dicti monasterii. Ita quod ipse Anfosinus
et eius heredes hinc defendere et guarentare ipsam decimam et ius decimationis eidem domino preposito donec vixerit et post eius decessum ipso monasterio seu cui dederint ab omni homine omni ipse iure et ratione [illegible] in
pena dupli sicut venditor emptori. Insuper ipse Anfosinus fecit finem et refutationem in predicto domino preposito et alia de eo agendo nec non et omnis sui iuris remissionem parabola et consensu dicti patris sui
in manu ipsius domini abbatis nomine dicti monasterii de predicta decima et iure decimationis ita quod nullum ius inde reservavit. Hoc totum datum et dictum fuit inter ipsos contrahentes et dictum abbatem
nomine dicti monasterii in initio huius contractus et in medio et in fine et in quolibet parte huius contractus et ante hunc contractum quod ipse dominus prepositus debeat habere pro eo modo usumfructum dicte de
cime et iuris decimationis donec vixerit et proprietas remaneret apud dictum monasterium et aliter ipse dominus abbas non erat consensurus nec ipse Anfosinus venditurus. Ibique statim dictus
dominus abbas nomine dicti monasterii investivit dictum dominum Guatinum prepositum de ipsa decima et iure decimationis secundum predictum modum videlicet quod habeat usumfructum donec vixerit dicte
decime et iuris decimationis et proprietas remaneat apud dictum monasterium et post mortem eius proprietas et usumfructum. Sic convenerunt. Datum in loco Fontaneto presente Ubito de Lormano de predicto loco
[illegible] Giroldo Arbertus filius quondam Petri de Casinis et Albertus filius quondam Johannis de Gueta de loco Fontaneto.
Ego [illegible] notarius adhoc ibi rogatus presens fui et hanc cartam [illegible] Johannes filius quondam Guidonis de Iela et Barrellus filius quondam Petri de Casinis et Albertus filius quondam Johannis de Gueta de loco Fontaneto. [illegible] non perfecit hanc cartam traditam a domino Anyesio (?) socio meo notario quod morte preventus perfice[re]
non valuit iussu consulum mediolanensium complevi et scripsi.
Ego [illegible] Carbonus filius quondam domini Guala [illegible] iudicis [illegible] de iudicibus de loco Samarate notarius [illegible]